



Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LII. De Victoria in qva Fratres mille & qvingentos Pomeranos
occiderunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

P A R S T E R T I A

*Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Gen. Ord. Teutonici.
Popo de Osterna II. Mag. Provinc. in Prussia.*

*est receptus & Ordinis Domus Teutonicæ suscepit (b) habitum
regularēm & fratres de magnis angustiis liberavit.*

A N I M A D V E R S I O N E S .

A D C A P . L I .

(a) Nobilem hunc Virum de Cracovia, ne memoria ejus pereat, nominant quædam Chronica, sed recentiora. Et quidem in Bibliotheca Wallenrodiana primum Chronicon dicit, nomen ejus fuisse, Johannes Szandemjeski secundum autem forsitan correctius, Johannes Sandomirski. Hunc Joannem Hennebergerus dicit condidisse oppidum Bretchem, quod Poloni vocant Bratizan, i. e. frater Joannes, quia Joannes hic factus erat Frater Ordinis Teutonici. Vid. Henneberg, *in Comment. ad Tab. Geogr. Pruss. tit. Bretchem.*

(b) Ordinariè tantum in Ordinem hunc admittebantur Nobiles Germani, sed extra ordinem admissi etiam sunt Poloni & Prussi Nobiles, ob magna in Ordinem Teutonicum merita, ut alibi uberiorius demonstrabitur.

C A P . L I I .

*De**Victoria in qua Fratres mille & quin-
gentos Pomeranos occiderunt.*

F Rater Popo Magister præmissis exploratoribus, qui diligenter respicerent quid ageret Svantepolcus cum suo & Ducis Casemiri exercitu convenit juxta castrum (a) Wischerot, ibique castra metati sunt exploratores reversi dixerunt, quod Svantepolcus cum magna potentia exercitus sui staret circa castrum Sveczam & firmaret illum. Consultum ergo videbatur omnibus, ut invaderent eum ibi, præmissaque sunt de Colmine X. vii eqvites, qui exercitum inimicorum inquietarent, qui de XX. viris

*Conradas Langr. Thur. V. Mag. General. Ord. Teut.
Popo de Osterna II. Magister Provincialis in Prussia.*

viris ex parte aduersa occurrentibus unum militem occiderunt, alii XIX. viso vexillo fratrum fugerunt, & ipsis cum fuga venientibus ad exercitum Svantepolci omnes terga verterunt, quorum pauci ad castrum venientes salvati sunt, alii omnes aut submersi sunt, vel in ore gladii ceciderunt. Sicqve de populo Pomeranorum (b) mille & qvingenti viri in illo die à fratribus sunt occisi. De qua victoria fratres Deo grates referentes cum maxima præda hostium exultantes in Domino reversi sunt.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Codex Regiomontanus habet Westherod ; Elbingensis Wischerod. Nobilissimus Dominus Zamelius putat legendum Wischegrod.
(b) Jeroschinus habet mille & qvinqvaginta.

C A P. LIII.

*De**Qvodam miraculo.*

Hoc tempore qvidam de Misna crucesignatus, dum completo peregrinationis suæ voto stetisset per annum in terra Pruschiæ in reditu versus Patriam suam mortuus est in via, cuius filius solitus de diurna Patris absentia, qvarens Patrem in Pruschia non invenit, sed cum rediret venit ad qvandam villam, ubi Episcopus coemiterium consecravit, in qua consecratione dum Episcopus (a) aquam benedictam aspergeret super tumulos defunctorum, cuiusdam mortui corpus de sepulcro exiliens (b) appodiavit se ad parietem Ecclesiæ, qvod primo solus Episcopus vidit, sed tandem oratione impetravit, qvod totus populus qui consecrationi interfuit vidit manifestè. Conjuravit itaq;

II

Episco-